

*hall. et mediis grossis solvendis in festo nativitatis Marie. Actum f. sexta p. Jubil. a. lxii.*

28. (A. d. 1362 in vigilia omnium sanctorum) in presencia nostrorum omnium, scil. Heinczmanni advocati . . . consulum et . . . scabinorum vir discretus Stanco advocatus de Tyczin, tutor et curator Nicolai orphani Johannis Gewiczerii olim nobis concivis, legaliter constitutus, et Clara conthorralis eiusdem recognoverunt Nicolao filio Ortlini civi Pragensi pro ii<sup>c</sup> sexagenis et xxix sexag. et xiii grossis; item Conrado Clementerii et Ulrico Czottleri et Johanni Czeiselmaister civibus ibidem pro iii<sup>c</sup> sexag. minus xv sexag. grossorum denar. pragens. usualium dumtaxat se rationabiliter obligari; nec non Friczkoni Neugrûner et Conrado genero pro c et quatuor sexag. teneri in grossis tamen ut predictur veri debiti ex causa empcionis nobilium staminum legitime per Johannem Gewiczerii pridem contracte; promittentes eisdem medianam partem tocus predicti debiti in Georgii et residuam medianam partem in Michaelis nunc proxime venientibus sanctorum festis solvere et ipsis Pragam transmittendo integre expedire sub pena solucionis expensarum, si quas creditores predictos ex mora solvendi debiti contingeret contrahere, prefatis Hanconi et suis infligenda.

29. (A. 1363.) Nota Christianus Leinbater tenetur in universo Friderico Rolloni vii sexag. de quibus sibi sine pignore credidit, quas idem Christianus de die in diem solvere promisit bona fide.

30. (A. 1367.) Nota Petrus Ritters Aydem et Petrus de Nebetin cognati Wenceslai Ebronis cognoverunt se teneri dicto Pesconi et suis xx marcas supra domo et camera mercatoriali, solvendis in venienti festo beati Jacobi per anni integri decursum a presencium data indilate, cum et pro quibus Wenceslaus predictus et Ruslinus nobis coniurati cives insolidum parimanu compromittunt. Act. anno et die quibus supra.

31. (A. 1376.) Item Johannes Gundlinus et mater sua promiserunt super camera mercatoriali pro v marcis Benigne predice (orphane Nic. Gundlini) sub censu unius marce annuatim solvendi die Stephani seu eiusdem octavas.

32. A. d. m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup> lxxvii<sup>o</sup> in crast. divis. apostol. Metlinus Vistriczer recognovit coram pleno consilio Nicolao Slosser protunc magistrorum ceterisque consulibus et iuratis pro tempore presentibus et Ruschino advoco se Johanni nato Engelberti in xlvi marcis